

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta**

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

Widmungsbrief

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)



Nobiliss. Ampliss. Magnificis  
Ddnn.

CONSVLIBVS AC  
SENATORIBVS INCLYTÆ  
REIP. FRANCOFVRTENSIS

AD MOE N V M S A L . E T

Felic. Publ.



TAprofecto est, magna Vrbis magni Senatores, multa requiruntur in iis qui vel regni, vel reipubl. administrationi digne præsunt. Sed nec minora desiderant adminicula horum Administrari. Prater alia multa, opus habent in primis, & Pietate & Doctrina; sine qua alarum quasi biga, non est adipisci difficultem admodum inuentu Prudentiam. Frustra enim egregii quid exspectemus ab impietate, ab inscitia. At ubi religioni serio litatur, at ubi liberalium artium studiis industrie incumbitur; ibi paci suppetit, voluptas, quies, securitas, ibi bello superest consilium, prouidentia, neruus. Vnde etiam factum, ut toto fere Orbe, omnes qui vel summa vel inferiori dignitati sese præstitere publice priuatimq; commendabiles, maxima sua parte delectati fuerint scriptis sacris, scriptis profanis: ea volvere, ea meditari assidue: horum auspicio ductuq; regna resq; publica in toga rite constituta sunt, legitimate aucta, sane sarteq; conseruata; nec minus per ipsa, bella pie suscepta sunt, cordate gesta, iuste deposita.

Eaq; propter maximam meruere laudem Reges Principesq; qui Bibliothecis suis non una diuinarum humanarumq; rerum monumenta, studiose quæsuerunt, studiosius custodierunt, studiosissime petentibus commodarunt. Sed nec defraudanda est honore suo Typographia; quæ recenti artificio, vnius Libri exemplar illico mille aliis multiplicauit; hacq; adeo fætura reddidit immortale omne genus Scriptorum, Græcos, Hebraos, Latinos, alios. Verum ut nullum est bonum, cui non aliquid admisceatur mali; sic omnino deplorandum est sensim ac sine sensu ita degenerasse artis istius eximia Genium; ut si cui forte tantum superesset otium à res sua, patienterq; ei liberet sedere ad bilancem, pensusq; libraret hinc calcographia commoda, inde incommoda: hareret procul dubio anceps quam partem iure merito pronunciare posset addictiorem: adeo in ipsam plane quadrat Home- ricum illud.

Pharmaca multa tenet bona, verum immixta malignis.

Inuecta est superiori quidem saculo, sed hoc nostro mirum in modum excreuit, impudens admodum, quidvis de quacunq; re & scribendi & imprimenti licentia. ea non modo plenis

## Epistola

velis, sed & admisis remis, ita cursu volucrionia peruagatur, omnia occupat, omnia incestat; ut nemo non, cui adhuc aliqua superat oris probitas, animi modestia, cogitatio-  
nū verecundia, ardentissimis optet votis, Reges, rerumq; dominos, tandem tandem, si non  
maiestatis sua, at autoritatis saltem freno, coerceant diffusam intemperantemque istam  
scribendi libidinem, intra rectarationis legitimum gyrum. Tanto quidem magis, quia  
& hoc quoq; inter anī huius scāuitates non est postremum, quod sine ullā discretione, sine  
ullo examine, sine ullā ratione, absurdissima isthac Neotericorum blateramenta, hoc est  
incocta, frigida, sordida, illiberalia, dissoluta, spurca, obscana, flagitiosa, nefaria, & in  
quibus nulla sani coloris odorisue umbra; ament tamen & suspiciant, imo exosculentur  
atque amplectantur, pra honorabilibus illis vetustiorum et atum monumentis: lampy-  
ridem videlicet pro sole, vrticam pro amaraco, vitrum pro smaragdo, venenum deniq;  
pro remedio. Hinc, proh pudor! hodie passim non despiciuntur, sed despiciuntur, relegati ad  
tineas ac blattas, optimi quique & maximi meliorum temporum Scriptores; tanquam  
iam nullius momenti, tanquam præsenio deuiciendi de ponte: utique cum ineptum sit, uti  
aiunt, atq; absurdum, repertis frugibus impleri glande.

Et hac quidem opinionis vanitas, non continet se modo intra unius alteriusue profes-  
sionis terminos, sed diluuii uniuersalis modo, omnes inundauit artes, omnes per made-  
fecit disciplinas liberaliores, etiam ipsammet Theologiam. Quotus enim quisq; non de  
plebe promiscua, qui que dicitis causa huic facultati nomen dare suavit: sed quotus quisq;  
est è sacris literarum sue candidatis, sine Antistitibus, qui in ingenti ineptissimorum vo-  
luminum farragine, etiam admiserit, nedum legerit, primitiue Ecclesia propugnatores?  
qui unam alteramve paginam excusserit Patrum Græcorum Latinorumve? Si exami-  
narentur, non integrummodo ciuitates, sed & prouincias, veremur ut multæ ne unum qui-  
dem, pauca vix unum alterumve producere possent.

At contra omnium occupat pulpita, in manibus, in sinibus maximorum, medioximorum, infimorum, aspicere est matæologicas istas recentium hominum ineptias: qua  
comparata cum Antiquioribus mere aureis ac gemmeis, non modo aut ferrea sunt, aut lu-  
teæ, nulla intercurrente scintilla strictura ve vel eruditio, vel pietatis, sed ita præterea  
inficiuntur æruginoso Linoris Eridosq; succo; ut quod in hunc usq; diem res publica Chri-  
stiana parricidalibus in semetipsam armetur dextris, potissimum feralibus Typogra-  
phorum istorum classicisne antympañis imputandum videatur.

Eadem plane etiam ratio est Auctorum, e quibus haurienda ea qua publicis priuatisq;  
negotiis debita est Prudentia.

Sane Philosophi, Poeta, Oratores, Historici, Medici, Politici, Grammatici multi,  
multi, intra unam adhuc perstant editionem, at omnium ubique præla quotannis occu-  
panteruntque vanissima Nouatorum deliramenta, sub persona tamen honesta, qualem  
induebant latrones Ægyptii, quibus nomen Philetis, ideo homines obuios exopinato am-  
pleteentes ut paulo post strangularent. Interim longe lateq; fulgent talium hodie-nato-  
rum opera, deaurata titulis mire speciosis; similia videlicet pyxidibus Agyrtarum, in-  
scriptione quide preferentibus varia morborum remedia, plena vero intus succis fatuis,  
euaniidis, nulliusq; usus. Vnde nullæ existunt nundinae, quin nouus aliquis exoriatur Nu-  
go, qui cacatis suis chartis præfigat nomen, aut Enchiridii, aut Epitomes, aut Elenchorum,  
aut Compendii, aut Quintæ essentiæ, aut Promptuarii, aut Florum, aut Gemmarum, aut  
Rosarii, aut Lilieti, aut Thesauri, aut deniq; Gazophylacii. in summa, mundus totus agit  
histrioniam.

Quam rem, cum auus noster Andreas VVechelus, pro ea qua erat erga humaniores  
literas animi teneritudine, serio doleret ac quereretur; in alia omnia descendit: prælaque  
sua vacare voluit generi hominum Heroico; vitam dando, vel prorogando, nunc Phi-

## Dedicatoria. fol. 3

lōsophiamagistris, nunc veritatis professoribus, nunc disciplinarum meliorum conquisitum  
qui sculi sui breuitatē, ante mille amplius annos, animorum monumentis, ac clarū nō  
mentis extendere ac perpetuauere: qui scilicet etiamnum hodie homines redderent vel  
ligiosiores, vel probiores, vel utrumq. Eandem quoq; animi iudicij rectitudinem, pugna-  
sis insecuri sunt vestigiis heredes eius generiq;, Ioannes Aubrius, & Claudius Marmontel  
neq; id solum: sed & sacerdotum suum multis postea antecesserunt milibus, nihil fere relicto  
pud Latinos, apud Græcos, quin maximo piorum doctorumq; ingeniorum aplausu, ex-  
hiberent Europæ theatro publico; neglecto prorsus omni respectu quaestus sui incruve-  
mestici; pluris arbitrati virilitatem mundi cultioris, huiusque adeo orbis famam vol-  
riamque.

Horum heredum cum simus, minime projecto degenerauimus de natura maiorum  
aut moribus, sed statim ab ipsorum obitu non pauca Latine, plura Graece, utro pri-  
uimus, à nullis hactenus fere visa, ab uniuersis vero desiderata. quos nostros conari  
vos quoq; animaduertistis, Viri Nobilissimi, Amplissimique, fecistisq; quod decebat  
nerosam maiorum vestrum prosapiam, quibus nihil fuit antiquius, nihil iucundius  
amare, augere, illustrare Patria sua pomaria; hancq; nostram voluntatem dignatus  
oculo sereno, admissis nobis iterum, quasi postliminio, intramœnia vestra, adscutisq; in-  
cium numero, tutela vestra ac clientela honorifica, & nos, & nostra omnia lubentes volen-  
tesq; applicastis.

Quo ipso certe non unus stimulus, non una fax nobis addi visa est, pertinaciter per-  
gendi in incepto stadio per solennes Virtutis atque Honoris aras ad metam Perennitatis.  
Iamque adeo ecce PLVT ARCHVM, auctorem vere eximum, producimus modo  
ex officina nostra, non solum in uestesua, id est Achaica, sed & in toga Quiritum, quo  
longius latiusq; prodeesse possit generi humano, à quo in hunc diem communi calculo insi-  
gnitur, communis omnium paedagogus ac rector; utpote eruditiois cuiuscunq; compen-  
dium, prudentia inexhaustus condus promus, antiquitat is deniq; Graecatq; Latino se-  
curissimum sacrariū. Hunc talem, exigua gratitudinis, solidaq; obseruantie obsidem ad-  
mittite quæsumus, Viri Sūmates, animis & quis, ea sane benignitate, addetur nobis calcar  
ad excitandam ex utriusq; lingue manubii memorabilem aram, quæ quot die irriganda  
nouo, ex Mnemosynes viridariis nato expressoq; libamine, etiam seruante testabitur Posteri-  
tati, non contulisse vos beneficia in familiam ingratam. Quod ipsum tanto speramus pro-  
cliuius, quod ordinis uestri uniuersi ac singuli, ita semper oderint atque execrentur rece-  
ptam iam passim fanaticorum hominum proteruiam, conuitis potius proscindentium a-  
liorum benedicta quam ut etiam refellant; ut ne vlla quidem ratione patiamini apud  
vos excudi Libellos accedentes aliqua sui parte ad carmen malum, ad conuicta liberis ho-  
nestisq; indigna. Imo infinita quoq; reiicitis Ludimagratorum cruda affectationis pa-  
dagogica collectanea, quibus molientur excutere pueritia manibus auctores vere authen-  
ticos, & iam mille annis & amplius, digne perambulantes orbem literatiorem. Quanto  
enim felicius instituti estis ad omnem virtutem politicam, tanto fertis indignius sanctis  
simarum disciplinarum ordinem turbari, & omisis utilibus ac necessariis, iuuentutem  
labirapiq; ad affanias ad apinas Abecedariorum puerorum ve, an senum. Quo in propo-  
sito dum perseveratis modestiam etiam stabilitis in scholis urbis vestra, certisq; adstringi-  
tis legibus moribusq; collegia Typographorum, Correctorum, Compositorum, Impresso-  
rum; ita quidem ut antecedatis facile urbes Europa melioris uniuersas, disciplina.

Hinc etiam accedit, ut quamvis non modo superi huius Mundi partes, sed & Alterius,  
pedibus nostris oppositi, urbi vestra, veluti communis Orbis officina ex omni terra, ex o-  
mni insula, ex omni mari, sufficient bis quot annis quidquid vel anni tempora vel indu-  
stria humana, aut opere maturant, aut pretio concinnant: quamquam, inquit, omnium

## Epistola Dedicatoria.

gentium nationumq; opes ac commeatus publico primum recipitis hospitio, & deinde expedita transfusione per alias statim disseminatis terras montes ac maria. nescimus tamen an non magis adhuc augeatur ac frequentetur semestrium illarum Panegyrum dignitas, ac gloria, tot excellentium Librorum advectione ex Germania, Italia, Gallia, Belgia, Britannia, Polonia, Hispania, aliisq; oris. Plane, esse Francofurtum ad Mænum, commune totius quasi Sapientia & armamentarium, esse artium scientiarumq; diuinorum humanarum gazophylacium, esse semper patens illustrium ingeniorum Prytaneum, esse deniq; perennitatis ne an Eternitatis illustre capitolium, nemo ibit inficias, qui modo tantum pedem promouit ex ultimo Ignorantia & Barbaria barathro.

Restat tantum, ut felicitas isthac esse possit perpetua. quod sicut animitus optamus ac voulens à Deo optimo maximo; ita & ab eodem suppliciter petimus, Viri Nobilis. Viri Summi, uti ita Spiritu suo Sancto, per Salvatorem nostrum Iesum Christum, omnia vestra dicta, facta, cogitata dirigat regatque in hac circumstantium bellorum propinqua flamma, ut minima maximaq; cedant ad maiestatis suæ gloriæ, Ecclesia & incrementum, Imperii ornamentum, vestra & reipublicæ salutem. In urbe vestra. Non. April. clo. 10. cxx.

Nobil. & Magn.  
Vestræ

Deuotissimi Cives  
& subditi

DANIEL & DAVID AVBRII  
&  
CLEMENS SCHLEICH.

CATA-